SACRORVM BIBLIORVM TOMVS PRIMVS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

BIBLIA SACRA
HEBRAICE, CHALDAICE, GRÆCE, & Latine
PIETATIS CONCORDIÆ. Iſaiæ, 11
PHILIPPI II. REG. CATHOL. PIETATE ET STVDIO AD SACROSANCTÆ ECCLESIÆ VSVM
CHRISTOPH. PLANTINVS EXCVD. ANTVERPIÆ.

STETITQVE REX SVPER GRADVM, ET FOEDVS
PERCVSSIT CORAM DOMINO, VT AMBVLA-
RENT POST DOMINVM; ET CVSTODIRENT
PRAECEPTA EIVS, ET SVSCITARENT VE-
RBA FOEDERIS HVIVS, QVAE SCRIPTA
ERANT IN LIBRO ILLO. 4. REG. 23.
AVT GLADIO
AVT VERBO
PHILIPPO II HISPANIAR. REGI CATHO-
LICO, QVOD RELIGIONEM EXPIANDAM
PIETATEMQ INSTAVRANDA CVRAVERIT
POS.
OB DELETOS A-
RVSPICES BAAL
4. REG. 23.
OB TEMPLI
SARTA TECTA
CVRATA.
4. REG. 22.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI HISPALENSIS IN SACRORVM BIBLIORVM QVADRILINGVIVM REGIAM EDITIONEM,

De diuinæ ſcripturæ dignitate, linguarum vſu & Catholici Regis conſilio,

PRÆFATIO.

INTER omnes cogitationum, conſiliorum, actionum, curarum, ſtudiorúmque rationes, quibus humanus animus in hac mortali vita teneri atque exerceri poteſt, nullum genus eſt quod vel naturæ ipſius magis proprium & conſentaneum, vel vtile ac neceſſarium magis, vel ad vitam inſtituendam commodius aptiúsque ſit, quàm certa & clara ſui ipſius cognitio, necnõ vera ac perſpicua originis propriæ, & cauſſæ, quamobrẽ editus natúſq. fuerit, notitia, ac demũ omnium eorum, quæ vel ad ipſius dignitatem & amplitudinẽ facere, vel ad extremam felicitatem conducere ac pertinere poſſunt, exacta, optiméque ſubducta ratio. Omnibus enim naturis rerum quæ in mundo conditæ conſpiciuntur, finem quendam, & certum ac præſcriptum quoddam negocii actioniſque genus conſtitutũ eſſe conſtat. quod vbi rectè excultum præſtitúmque fuerit, ſuis vniuſcuiuſque partibus, dignitati ac perfectioni ſatisfactum eſſe exiſtimatur. Ad huiuſmodi autem rerum defi- Iob.
nitionem exempla illa pertinent, in quibus aues ad volatũ, equi ad curſũ, piſces ad frequentãdas aquas, dracones, & cete grandia, Pſ. 103.
ad percurrendum mare, nata eſſe dicuntur: atque, vt altius etiam ſpectemus, nubes ad imbuendã imbribus terram, Soliſq. temperandos æſtus, Sol, Luna atque aſtra ad dierum noctiúmq. viciſſi- Gen. 1.
tudines cõſtituendas, & ad gubernanda, fouenda, temperandáq. Pſ. 103.
ea omnia quæ ſub cælo ſunt corpora, atque adeò ad orbem terra-

rum

ORDO LIBRORVM
VETERIS TESTAMENTI.

In primo tomo eſt
- Geneſis.
- Exodus.
- Leuiticus.
- Numeri.
- Deuteronomium.

In ſecundo tomo eſt
- Ioſue.
- Liber Iudicum.
- Ruth.
- Regum I. II. III. IIII.
- Paralipoménon I. II.

In tertio tomo eſt
- Eſdræ I. II. III. IIII.
- Tobias.
- Iudith.
- Eſther.
- Iob.
- Liber Pſalmorum.
- Prouerbia Salomonis.
- Eccleſiaſtes.
- Canticum Canticorum.
- Liber Sapientiæ.
- Eccleſiaſticus.

In quarto tomo eſt
- Iſaiæ Prophetia.
- Ieremiæ.
- Baruch.
- Ezechielis.
- Danielis.
- Oſee.
- Ioëlis.
- Amos.
- Abdiæ.
- Ionæ.
- Micheę.
- Nahum.
- Habacuc.
- Sophoniæ.
- Aggęi.
- Zachariæ.
- Malachiæ.
- Machabęorum I. II.

ORDO LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.

Quintus tomus cõtinet libros Noui Teſtamenti, qui ſunt
- Euangelium ſecundum Matthęum.
- Euangelium ſecundum Marcum.
- Euangelium ſecundum Lucam.
- Euangelium ſecundum Iohannem.
- Acta Apoſtolorum.
- Pauli Epiſtola ad Romanos.
- Ad Corinthios I. II.
- Ad Galatas.
- Ad Epheſios.
- Ad Philippenſes.
- Ad Coloſſenſes.
- Ad Theſſalonicenſes I. II.
- Ad Timotheum I. II.
- Ad Titum.
- Ad Philémonem.
- Ad Hebræos.
- Iacobi Epiſtola.
- Petri Epiſtolæ I. II.
- Ioannis Epiſtolæ I. II. III.
- Iudæ Epiſtola.
- Apocalypſis.

SACRI APPARATVS PARTIVM
SERIES COMPACTORIBVS
OBSERVANDA.

Primus tomus De verborũ copia cõtinet
- GRAMMATICAM Hebraicam cum Hebraico Dictionario,
- Grammaticam Chaldaicam cum Syrochaldaico Dictionario.
- Grammaticam Syricam, cum Syro Dictionario, ſiue Syrorum peculio.
- Grammaticam Gręcam cum Dictionario Græco.

Secundus tomus De linguarum exercitatione continet
- Biblia Hebraica Veteris Teſtamenti, cum interpretatione Latina ad verbum interlineali, & verborum radicibus in margine.
- Nouum Teſtamentum Græcum, cum interpretatione Latina interlineali.
- Hebraicorum idiotiſmorum librum.

Tertius tomus De copia rerum continet libros
- Ioſeph, ſiue De arcani ſermonis interpretatione.
- Ieremias, ſiue de actione.
- Tubal Cain, ſiue de menſuris ſacris, cum tabula ænea ſicli in fine.
- Phalegh, ſiue de gentium ſedibus primis, cum tabula orbis in fine.
- Canaan, ſiue de duodecim gentibus, cum tabula terrę Canaan in fine.
- Caleb, ſiue de terrę promiſſę partitione, cum tabula terrę Iſrael in fine.
- Noah, ſiue de ſacris fabricis, cum tabulis decem, hoc ordine:
  - Tab. I Arca Noe.
  - II Sacri tabernaculi ichnographia.
  - III Sacri tabernaculi orthographia ex interiori proſpectu.
  - IIII Sacri tabernaculi orthographia ex proſpectu exteriori.
  - V Tabernaculi abſoluti &c. exemplum.
  - VI Candelabri, altarium, & arcę fœderis exemplum.
  - VII Caſtrametationis ordo.
  - VIII Templi Ieroſolymitani antiqui, cũ atriis &c. ichnographia.
  - IX Sacrę ædis ichnographia, & ſciographię pars.
  - X Templi cum porticu, cellis &c. orthographia.
- Aaron, ſiue de ſanctorũ veſtimentorum &c. cum tabula ſacerdotis depicti in fine.
- Neemias, ſiue de antiquę Ieruſalem ſitu, cum tabula in fine.
- Daniel, ſiue de ſęculis codex integer.
- Index Biblicus.
- Hebrçorum, Chaldęorum, Gręcorum & Latinorũ nominũ propriorum.
- Variarum lectionum Chaldaicarum.
- Variarum lectionum Hebraicarum, ſiue מסורת.
- Variarum lectionum Gręcarum.
- Variarum lectionum Latinarum.
- Tabula titulorum totius Noui Teſtamenti.

שער בית יי הקדמוני

חמשה חומשי תורה

תרגום על אוריתא

ΠΕΝΤΑΤΕΥΧΟΣ.

QVINQVE LIBRI MOYSI.

פַּלְגֵי מַיִם לֶב־מֶלֶךְ בְּיַד־יְהוָה
עַל־כָּל־אֲשֶׁר יַחְפֹּץ יַטֶּנּוּ׃

1 בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ׃
2 והארץ היתה תהו ובהו וחשך על פני תהום ורוח אלהים מרחפת על פני המים׃
3 ויאמר אלהים יהי אור ויהי אור׃
4 וירא אלהים את האור כי טוב ויבדל אלהים בין האור ובין החשך׃
5 ויקרא אלהים לאור יום ולחשך קרא לילה ויהי ערב ויהי בקר יום אחד׃
6 ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל בין מים למים׃
7 ויעש אלהים את הרקיע ויבדל בין המים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע ויהי כן׃
8 ויקרא אלהים לרקיע שמים ויהי ערב ויהי בקר יום שני׃
9 ויאמר אלהים יקוו המים מתחת השמים אל מקום אחד ותראה היבשה ויהי כן׃
10 ויקרא אלהים ליבשה ארץ ולמקוה המים קרא ימים וירא אלהים כי טוב׃
11 ויאמר אלהים תדשא הארץ דשא עשב מזריע זרע עץ פרי עשה פרי למינו אשר זרעו בו על הארץ ויהי כן׃
12 ותוצא הארץ דשא עשב מזריע זרע למינהו ועץ עשה פרי אשר זרעו בו למינהו וירא אלהים כי טוב׃
13 ויהי ערב ויהי בקר יום שלישי׃
14 ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להבדיל בין היום ובין הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים׃
15 והיו למאורת ברקיע השמים להאיר על הארץ ויהי כן׃
16 ויעש אלהים את שני המארת הגדלים את המאור הגדל לממשלת היום ואת המאור הקטן לממשלת הלילה ואת הכוכבים׃
17 ויתן אתם אלהים ברקיע השמים להאיר על הארץ׃
18 ולמשל ביום ובלילה ולהבדיל בין האור ובין החשך וירא אלהים כי טוב׃
19 ויהי ערב ויהי בקר יום רביעי׃
20 ויאמר אלהים ישרצו המים שרץ נפש חיה ועוף יעופף על הארץ על פני רקיע השמים׃

CAPVT PRIMVM.

1 IN principio creauit Deus cæ-
2 lum & terrã. * Terra autem
A erat inanis & vacua: & tene-
bræ erant ſuper faciẽ abyſſi: Hebr. 11. Pſal. 32. Eccleſ.
& ſpiritus Dei ferebatur ſu-
3 per aquas. * Dixitq; Deus, Fiat lux Et facta eſt
4 lux. * Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: &
5 diuiſit lucem à tenebris. * Appellauitq; lucem
diem;& tenebras noctẽ. Factumq; eſt veſpere
6 & mane dies vnus. * Dixit quoque Deus, Fiat
firmamentũ in medio aquarum; & diuidat a-
7 quas ab aquis. * Et fecit Deus firmamentum,
diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamento, ab
his quæ erant ſuper firmamentũ. Et factum eſt
8 ita. * Vocauitq; Deus firmamentũ, cælum: &
factum eſt veſpere, & mane dies ſecundus.
9 * Dixit verò Deus, Congregentur aquæ quæ
ſub cęlo ſunt, in locum vnum: & appareat ari-
10 da. Et factum eſt ita. * Et vocauit Deus aridã,
terram: congregationeſq; aquarum appellauit
11 maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. * Et
B ait, Germinet terra herbã virentem & facien-
tem ſemen; & lignum pomiferũ faciens fructũ
iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit
12 ſuper terram. Et factũ eſt ita. * Et protulit terra
herbam virentẽ, & facientẽ ſemen iuxta genus
ſuũ; lignumq; faciens fructũ, & habens vnum-
quodq; ſementem ſecundũ ſpeciem ſuam. Et
13 vidit Deus quòd eſſet bonum. * Et factum eſt
14 veſpere & mane dies tertius. * Dixit autẽ Deus,
Fiant luminaria in firmamento cæli; & diui- Pſal. 135.
dant diem ac noctẽ; & ſint in ſigna & tẽpora
15 & dies & annos: * Vt luceãt in firmamẽto cæli,
16 & illuminent terrã. Et factum eſt ita. * Fecitq;
Deus duo luminaria magna: luminare maius,
vt præeſſet diei: & luminare minus, vt pręeſſet
17 nocti: & ſtellas. * Et poſuit eas Deus in firma-
18 mẽto cæli, vt lucerẽt ſuper terrã: * Et pręeſſent
diei ac nocti; & diuiderent lucem ac tenebras.
19 Et vidit Deus quòd eſſet bonũ. * Et factum eſt
20 veſpere, & mane dies quartus. * Dixit etiam
Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis,
& volatile ſuper terram ſub firmamento cæli.

תרגום אונקלוס

1 בקדמין ברא יי ית שמיא וית ארעא׃ 2 וארעא הות צדיא וריקניא וחשוכא על אפי תהומא ורוחא דיי מנשבא על אפי מיא׃ 3 ואמר יי יהא נהורא והוה נהורא׃ 4 וחזא יי ית נהורא ארי טב ואפריש יי בין נהורא ובין חשוכא׃ 5 וקרא יי לנהורא יממא ולחשוכא קרא ליליא והוה רמש והוה צפר יומא חד׃ 6 ואמר יי יהא רקיעא במציעות מיא ויהא מפריש בין מיא למיא׃ 7 ועבד יי ית רקיעא ואפריש בין מיא דמלרע לרקיעא ובין מיא דמלעיל לרקיעא והוה כן׃ 8 וקרא יי לרקיעא שמיא והוה רמש והוה צפר יום תנין׃ 9 ואמר יי יתכנשון מיא מתחות שמיא לאתר חד ותתחזי יבשתא והוה כן׃ 10 וקרא יי ליבשתא ארעא ולבית כנישות מיא קרא ימי וחזא יי ארי טב׃ 11 ואמר יי תדאי ארעא דתאה עסבא דבר זרעה מזדרע אילן פירין עביד פירין לזנוהי דבר זרעיה ביה על ארעא והוה כן׃ 12 ואפיקת ארעא דתאה עסבא דבר זרעיה מזדרע לזנוהי ואילן עביד פירין דבר זרעיה ביה לזנוהי וחזא יי ארי טב׃ 13 והוה רמש והוה צפר יום תליתאי׃ 14 ואמר יי יהון נהורין ברקיעא דשמיא לאפרשא בין יממא ובין ליליא ויהון לאתין ולזמנין ולמימני בהון יומין ושנין׃ 15 ויהון לנהורין ברקיעא דשמיא לאנהרא על ארעא והוה כן׃ 16 ועבד יי ית תרין נהוריא רברביא ית נהורא רבא לשלטא ביממא וית נהורא זעירא לשלטא בליליא וית כוכביא׃ 17 ויהב יתהון יי ברקיעא דשמיא לאנהרא על ארעא׃ 18 ולמשלט ביממא ובליליא ולאפרשא בין נהורא ובין חשוכא וחזא יי ארי טב׃ 19 והוה רמש והוה צפר יום רביעאי׃ 20 ואמר יי ירחשון מיא רחיש נפשא חיתא ועופא יפרח על ארעא על אפי אויר רקיע שמיא׃

CAPVT PRIMVM.

IN principio fecit Deus cælum & 1
terrã. At terra erat inuiſibilis et 2
incõpoſita, et tenebræ ſuper abyſ-
ſum: & ſpiritus Dei ferebatur ſu-
per aquam. Et dixit Deus, Fiat 3
lux, & facta eſt lux. Et vidit Deus lucẽ, quòd bona: 4
& diuiſit Deus inter lucem, & inter tenebras. Et 5
vocauit Deus lucẽ diẽ: & tenebras vocauit noctẽ:
& factũ eſt veſpere; & factũ eſt mane, dies vnus.
Et dixit Deus, Fiat firmamentũ in medio aquæ: & 6
ſit diuidẽs inter aquã, & aquã. Et fecit Deus firma 7
mentũ, & diuiſit Deus inter aquã quæ erat ſub fir-
mamẽto: & inter aquã, quæ ſuper firmamentũ. Et 8
vocauit Deus firmamentũ cælũ: & vidit Deus, quòd
bonũ. Et factũ eſt veſpere, & factũ eſt mane, dies ſe-
cũdus. Et dixit Deus, Cõgregetur aqua quæ ſub cælo, 9
in cõgregationẽ vnã, & appareat arida. Et factũ eſt
ita, et cõgregata eſt aqua quæ ſub cælo, in cõgregatio-
nes ſuas: et apparuit arida. Et vocauit Deus aridã, 10
terrã: et cõgregationes aquarũ, vocauit maria. Et vi-
dit Deus quòd bonũ. Et dixit Deus, Germinet terra 11
herbã fœni ſeminantẽ ſemẽ ſecundũ genus et ſecundũ
ſimilitudinẽ: & lignũ pomiferũ faciens fructũ, cuius
ſemen ipſius in ipſo ſecundũ genus ſuper terrã. Et fa-
ctum eſt ita. Et protulit terra herbã fœni ſeminantẽ 12
ſemen ſecundũ genus & ſecundũ ſimilitudinẽ: & li-
gnũ pomiferũ faciens fructũ, cuius ſemẽ eius in ipſo,
ſecundum genus ſuper terrã. Et vidit Deus quòd bo-
nũ. Et factũ eſt veſpere, & factũ eſt mane, dies ter- 13
tius. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento 14
cæli, vt luceant ſuper terrã, ad diuidendum inter diẽ,
& inter noctẽ; & ſint in ſigna, & in tẽpora, & in
dies, & in annos. Et ſint in illuminationẽ in firma 15
mento cæli, vt luceant ſuper terram. Et factũ eſt ita.
Et fecit Deus duo luminaria magna: luminare ma- 16
gnũ in principatus diei: & luminare minus in prin-
cipatus noctis: et ſtellas. Et poſuit eas Deus in firma 17
mẽto cæli: vt lucerẽt ſuper terrã; Et præeſſent diei, 18
& nocti, & diuiderẽt inter lucẽ et inter tenebras: et
vidit Deus quòd bonũ. Et factũ eſt veſpere, & factũ 19
eſt mane, dies quartus. Et dixit Deus, Producant a- 20
quæ reptilia animarũ viuentiũ, & volatilia volãtia
ſuper terrã ſecundũ firmamentũ cæli: & factũ eſt ita.

1 ΕΝ ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.
2 ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ
σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέ-
3 ρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτω
4 φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὸ φῶς, ὅτι
καλόν. καὶ διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτός, καὶ ἀναμέσον τοῦ
5 σκότους. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκά-
6 λεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. καὶ εἶ-
πεν ὁ θεός, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἔστω διαχωρίζον
7 ἀναμέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα. καὶ δι-
εχώρισεν ὁ θεὸς ἀναμέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος,
8 καὶ ἀναμέσον τοῦ ὕδατος, τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος. καὶ ἐκάλεσεν ὁ
θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. καὶ εἶδεν ὁ θεός, ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέ-
9 ρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα δευτέρα. καὶ εἶπεν ὁ θεός, συναχθήτω
τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ
ξηρά. καὶ ἐγένετο οὕτως· καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ
10 εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὴν
ξηράν, γῆν· καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσε θαλάσσας. καὶ εἶ-
11 δεν ὁ θεός, ὅτι καλόν. καὶ εἶπεν ὁ θεός, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην
χόρτου σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον
κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος
12 ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου
σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπι-
μον ποιοῦν καρπὸν οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ
13 τῆς γῆς· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο
14 πρωΐ, ἡμέρα τρίτη. καὶ εἶπεν ὁ θεός, γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ
στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦ διαχωρίζειν ἀ-
ναμέσον τῆς ἡμέρας καὶ ἀναμέσον τῆς νυκτός· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα,
15 καὶ εἰς καιρούς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· καὶ ἔστωσαν εἰς
φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ
16 ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους,
τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας καὶ τὸν φωστῆρα τὸν
17 ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός· καὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ
18 θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ
ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός· καὶ διαχωρίζειν ἀναμέσον τοῦ φω-
19 τὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγέ-
20 νετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα τετάρτη. καὶ εἶπεν ὁ θεός, ἐξα-
γαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα
ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐγένετο οὕτως.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

CAPVT PRIMVM.

IN principio creauit Deus cælum & terram. [2] Terra autem erat deſerta & vacua; & tenebræ ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus Dei inſufflabat ſuper faciem aquarum. [3] Et dixit Deus, Sit lux: & fuit lux. [4] Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona. Et diuiſit Deus inter lucem & inter tenebras. [5] Appellauitque Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Et fuit veſpere & fuit mane dies vnus. [6] Et dixit Deus, Sit firmamentum in medio aquarum: & diuidat inter aquas & aquas. [7] Et fecit Deus firmamentum: & diuiſit inter aquas quæ erant ſubter firmamentum: & inter aquas quæ erant ſuper firmamentum: & fuit ita. [8] Et vocauit Deus firmamentum cælum. Et fuit veſpere & fuit mane, dies ſecundus. [9] Et dixit Deus, Congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. Et fuit ita. [10] Et vocauit Deus aridam terram: & locum congregationis aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. [11] Et dixit Deus, Germinet terra germinationem herbæ, cuius filius ſementis ſeminatur: arboremque fructiferam facientem fructus ſecundum genus ſuum: cuius filius ſementis in ipſo ſit ſuper terram. Et fuit ita. [12] Et produxit terra germen herbæ, cuius filius ſementis ſeminatur ſecundum genus ſuum; & arborem facientem fructus, cuius filius ſementis in ipſo ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. [13] Et fuit veſpere & fuit mane, dies tertius. [14] Et dixit Deus, Sint luminaria in firmamento cæli, vt diuidant inter diem & noctem: & ſint in ſigna & in tempora: & vt numerentur per ea dies & anni. [15] Et ſint in luminaria in firmamento cæli ad illuminandum ſuper terram: & fuit ita. [16] Et fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt dominaretur in die: & luminare minus, vt dominaretur in nocte: & ſtellas. [17] Et poſuit eas Deus in firmamento cæli ad illuminandum ſuper terram: [18] Et vt dominarentur in die & in nocte: & vt diuiderent inter lucẽ & tenebras: & vidit Deus quòd eſſet bonũ. [19] Et fuit veſpere & fuit mane, dies quartus. [20] Et dixit Deus, Serpant aquæ reptile animæ viuẽtis: & auem quæ volat ſuper terrã ſuper faciẽ aëris firmamenti cælorum.

* *Et ſepelierunt eum in terra Moab, iuxta domum Phogor. & non cognouit vllus ſepulchrum eius vſque in diem hunc.* 6

* *Moyſes autem erat centum & viginti annorum quando mortuus eſt ipſe. Non caligauerunt oculi eius, neque corrupta ſunt labia illius.* 7

* *Et fleuerunt filij Iſrael Moyſen in campeſtribus Moab in Iordane, contra Hiericho, triginta diebus. & completi ſunt dies planctus fletus Moyſi.* 8

* *Et Ioſue filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientia, (poſuit enim Moyſes manus ſuas ſuper eum) & obedierunt ei filij Iſrael: & fecerunt ſicut præcepit Dominus Moyſi.* 9

* *Et non ſurrexit vltrà Propheta in Iſrael, ſicut Moyſes: quem nouit Dominus eum facie ad faciem,* 10

* *In omnibus ſignis et portentis, quem miſit Dominus eum vt faceret ea in terra Ægypti Pharaoni & ſeruis eius, & vniuerſa terra illius:* 11

* *Et mirabilia magna, & cunctam manum robuſtam, quæ fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.* 12

6 * καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν γῇ μωάβ, ἐγγὺς οἴκου φογώρ. καὶ οὐκ οἶδεν οὐδεὶς τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης.

7 * μωυσῆς δὲ ἦν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι ἐτῶν ἐν τῷ τελευτᾶν αὐτόν. οὐκ ἠμαυρώθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ. οὐδ' ἐφθάρησαν τὰ χελώνια αὐτοῦ.

8 * καὶ ἔκλαυσαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ τὸν μωυσῆν ἐν ἀραβὼθ μωὰβ ἐπὶ τοῦ ἰορδάνου κατὰ ἱεριχὼ τριάκοντα ἡμέρας. καὶ συνετελέσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους κλαυθμοῦ μωυσῆ.

9 * καὶ ἰησοῦς υἱὸς ναυὴ ἐνεπλήσθη πνεύματος συνέσεως, ἐπέθηκε γὰρ μωυσῆς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν. καὶ εἰσήκουσαν αὐτοῦ οἱ υἱοὶ ἰσραήλ· καὶ ἐποίησαν καθότι ἐνετείλατο κύριος τῷ μωυσῇ.

10 * καὶ οὐκ ἀνέστη ἔτι προφήτης ἐν ἰσραὴλ ὡς μωυσῆς· ὃν ἔγνω κύριος αὐτὸν πρόσωπον κατὰ πρόσωπον

11 * ἐν πᾶσι τοῖς σημείοις καὶ τέρασιν, ὃν ἀπέστειλε κύριος αὐτὸν ποιῆσαι αὐτὰ ἐν γῇ αἰγύπτου φαραὼ καὶ τοῖς θεράπουσιν αὐτοῦ καὶ πάσῃ τῇ γῇ αὐτοῦ·

12 * καὶ τὰ θαυμάσια τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν τὴν χεῖρα τὴν κραταιὰν, ἃ ἐποίησε μωυσῆς ἔναντι παντὸς ἰσραήλ.

CHALDAICAE PARAPHRASIS TRANSLATIO.

6 Et ſepeliuit eum in valle in terra Moab contra Bethphogor. & non cognouit vir ſepulchrum eius vſque hodie.

7 Moyſes autem erat ætatis centum & viginti annorum quando mortuus eſt. non caligauit oculus eius, neque mutatus eſt ſplendor gloriæ vultus eius.

8 Et fleuerunt filij Iſrael Moyſen in campeſtribus Moab triginta diebus. & completi ſunt dies planctus lugentium Moyſen.

9 Ioſue autem filius Nun erat plenus ſpiritu ſapientiæ; quoniam impoſuit Moyſes manus ſuas ſuper eum; & obedierunt ei filij Iſrael. & fecerunt ſicut præcepit Dominus Moyſi.

10 Et non ſurrexit vltrà propheta in Iſrael ſicut Moyſes, cui reuelatus eſt Dominus facie ad faciem:

11 In omnibus ſignis & portentis quæ miſit per eum Dominus vt faceret in terra Ægypti Pharaoni & omnibus ſeruis eius, & in vniuerſa terra illius:

12 Et in omni manu robuſta, & in omnibus mirabilibus magnis quæ fecit Moyſes ante oculos omnis Iſrael.

FINIS DEVTERONOMII.

Quinque Moſis libros Hebraicè, Græcè, & Latinè cum paraphraſi Chaldaica & Latinis verſionibus, ſumma diligentia à Plantino excuſos, Benedictus Arias Montanus, ex Philippi Catholici regis mandato Legatus, à ſe cum Complutenſi & correctiſsimis aliis exemplaribus collatos, recenſuit & probauit. Antuerpiæ Calend. Martiis, CIↃ IↃ LXIX.

B. Arias Montanus

Θεσμοθέτης ἀγαθὸν τέλος ἔλλαχεν ἐνθάδε Μωσῆς,
ὃς πόρεν ἑβραίων θέσφατα γραπτὰ γένει.
ἀλλ' ἐπανορθωτὴς βίβλου κατὰ μοῖραν ἐχέφρων
Ἄριος ἦν λιγυρῶν πιερίδων τρόφιμος.
τὸν δὲ καλὸς κ' ἀγαθὸς βασιλεὺς ἔκπεμψεν ἰβήρων,
ὡς ἐπανορθώσειεν βιβλία θεσπέσια.
ὦ ἄνα παντοκράτωρ τὸν βασιλῆα φύλαττε,
καὶ ἐπανορθωτὴν Ἄριον ἐνδυκέως.
Πλαντίνῳ δ' ἀρετήν τε καὶ ἄφθιτον ὄλβον ὄπαζε,
μηδενὸς εἰς βίβλοις φειδομένῳ καμάτου.

Φ. Γ.